

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 19

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 26.

26.

Cod. XIX.

Fr. Petrarcho
Epistola
de rebus senilibus.

Cod. XIX.

Chartae. Fol. 302. 15.

1.
2.6.

In quo continentur Epistola Francisci Petrarcho, non de rebus familiaribus, ut creditum hucusque, sed maxime de rebus senilibus. Desideratus harum epistolarum editionibus, id quidem non nisi conjectura evincere possum, quam promissa tamen editionum serie stabilire aggredior. Numerantur a Nicerone T. 28. de Petrarcho, et a Fabric. Bibl. lat. m. et inf. T. 3. p. 229. sequentes: 1. Epistolarum de rebus familiaribus Libri VIII. 2. Epistola 3 ad quosdam de illustribus antiquis, quasi sui contemporanea forent, Ciceronem, Senecam, Livium, Varro nem, cum epistolari ad Socratem suum prolatione. 3. Liber epistolarum XII sine titulo. 4. Epistola 128 de rebus senilibus digesta libris XVIII. ex quibus decimus liber scriptus est ad Sacromorum de Pomerio, ex equite armata militia monach. Efferre.

5. Epistolarum variarum LVI. ad Andream Dandum aliosque liber unus. Jam quid harum eodem noster?

Offert primo prolationem seu proemium Petrarcho ad Simonidem suum his: "Olim scripti mei scribam questus eram, quod aetatis hujus aetas ille post miliesimum trecentimum quadragesimum octavum, omnibus me prope solatus vita amicorum mortibus spoliasset, - - - "Quid nunc primo a sexagesimo faciam aetate, qui est." Ergo 3 illa supra n. 2. epistola cum prolatione ad Socratem 10 annis nostras praecesserant. Lego insuper in nostra prolatione: "Est ad Socratem liber familiarium rerum noster, corpore quidem ingens, et si finirem, ingentior futurus; proinde quod illi profagebam, vides. Nullus enim alter epistolarius stili quam vita finis." Ergo et illa supra n. 1. rerum familiarium epistola jam exarata prius quam nostra.

Quam sequitur epistola prima ad Franciscum Scop. Apol. de Florentia, fortune blanditias gressu magnifico repellenda; ita in indice; quo incipit: "Jam ante liberarum tuarum adventum". Finem collectio. ni imponit 127 ma, cujus initium: "Ursit amor tui,

ut scriberem genea, quod juvenis vix scripsissem", cui in fine additur annus 1374 mortalis Petrarica. Ipse nostrarum epistolarum numerus, unacum promissis ad Simonidem, numerum de rebus senilibus / supra n. 4. / adquat.

Epistolis additur index, indicans brevem cuiusque Synopsin, initium, et eorum, ad quos directa, nomina. Vigesima tertia epistola ad Fratrem Bonaventuram Prasso Venetum adscriptum legitur: Lib. IV. 9. Hinc coniectura licet, priores XIII, quibus nil tale adiectum, eandem esse cum illis XII, quas supra n. 9. insertas adduimus, sed coniectura est, nam et in curia scriptoris libri I. II. et III. mentionem omittere potuit. Post epistolam 28^{am} ad Fredericum Arretinum iterum tale invenitur subscriptum: lib. V. 1. 1. et sic sapienter ad finem usque, ubi quatuor vel similes epistolis preponitur: lib. VII. 1. 1. Adde. re debeo, libro XI epist. VI. Sequi epistolam ad Sagrumorum de Pomerio ex equite et. ut supra n. 4. Ex quibus omnibus hoc colligo: 1. Epistolas nostras, si non omnes, saltem a vigesima tertia esse de rebus senilibus; 2. In codice nostro non contineri epistolas omnes de rebus senilibus, quae habentur in Editionibus, sed eas tantum, quae describere Calligrapho placuit, nam ex libris 16. 1. 1. plane nulla, ex aliis non nisi duae. Unde 3. Si quoque XIII priores epistole sunt de rebus senilibus, verosimile fiet, in codice nostro quasdam existere ineditas, nam numerum 128 epistolarum / tot enim numerantur de rebus senilibus / longe superabunt. Sed certiora dabit instituta cum Editionibus collatis. Pag. 320. in cod. nostro est epistola ad Carol. IV. Imperatorem, quam offendi in Lambec. Comment. de Piss. 1. 1. Lib. 2. column. 885. ed. Solas. itaque variantes Editiones adnotari.

Ad calcem codicis eadem manus adiecit Epistolam C. "Lucy Johis Bartholomei magro domi Cortanensis sententia qua incipit." R. facundissime jam plures effluxerunt menses, et finitur: "te me culturum offero et ego colam. Mihi amicus esse postulas ego te vere amicitie nexibus amplectar libenter lenique sum tuus esto meus salvet utrumque Deus Amen vale felix et mei memor Florentia die XIII Julii Colucius." Sequi paratur in ea Petrarica illustribus antiquis, Cicero, Virgilio, Seneca etc. et libratis utrinque dotibus, ingenio, meritis, etiam profertur.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 19

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 28.

28.

Cod. XIX.

An haec epistola Lypis caecusa sit, affirmare non auesim. Quatuor epistolas Colucii se descripsisse Mabillonius Itinere Italico pag. 170. affirmat, quarum unam exhibet Edm. Martene T. II. Anecd. p. 1155. forsitan et nostra ex illis. Tres videre licet apud Baluzium Miscel. T. 3. p. 108. sed non nostram. Ansel. Dan. durius Memores de Trevoua 1709. Sept. p. 238. plures ejus epistolas cum ineditis Petrarica et aliorum edere voluit pluribus in 4. voluminibus, quas inter etiam nostra probabiliter locum fuisset; sed nihil quod sciam, ejus lucem vidit. Tandem hujus viri doctissimi epistola duobus in 8 Tomis recusa sunt Florentia 1741. Quibus autem careo. Vide etiam Lamium in Catalogo Bibliothecae Ricardiana.

Franciscus Petrarica Arelii a. 1304 natus ingenio et industria latinam atque Hetruscas litteras mirifice illustravit; de eo Trithemius cap. 622. "Philosophus, Rhetor et Poeta celeberrimus, qui humaniores disciplinas, post longa silentia mortuas, ab inferis revocavit ad Superos, non minus sancta conversatione, quam scientia clarus emicuit." Quod verissimum Elogium pro facientibus aliis sufficiat. Videt Argue in Castro Patavini territorii 18. Julij, a. 1374. vid. Fabri. loc. cit. et quod ibi adducit.

Colucius Pierius, seu P. Colucius Pierius salubatus de Stignano, patria Florentinus, Urbani V. et Gregorii XI ab epistolis et Cancellarius Republicae Florentinae, cum Petrarica, Gasparino Bergomensis, Leon. Armino et Poggio inter litterarum instauratores celebratus, pluribus scriptis clarus, vitam clausit Florentia a. 1406.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 19

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=1723

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)